

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 3209

**Auteur(s) :** Robert, père de Grimoud [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** ...1100...

**Action juridique :** restitution

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Robert, rendu moine à Saint-Wandrille, restitue, du consentement de son seigneur, Gilbert de La Cunelle, de sa femme et de son fils Grimoud, l'église de Grandvilliers avec la dîme et une terre, précédemment données et reprises par le concédant. A la mort de son père, Grimoud, après avoir repris la susdite donation, s'accorde avec l'abbé G. et reçoit de lui la somme de trente sous.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 198.
- b. Lot Ferdinand, *Études critiques sur l'abbaye de Saint-Wandrille*, Paris, Champion, 1913, n° 50, p. 105-107.

## Dissertation critique

Fin XIe siècle, voir LOT, p. 50, n. 1.

Texte établi d'après b

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Tempore abbatis Rotberti Rotbertus, Grimoldi pater, ecclesiam de Grantuiller cum omnibus ad eam pertinentibus Sancto Wandregisillo dedit et perpetualiter concessit. Sed post modum, multis pro causis, incuria fratrum Fontanellensium res ipse sunt neglecte et ab eodem Rotberto rursus inuase ac multis diebus, sub calumpnio tamen eorundem fratrum, iniuste possesse. Vero benignus Deus, qui sibi famulantum curam nescit negligere, ne idem miles sue deuocionis fructum, bene quidem ceptum sed prauorum consilio corruptum, videretur perdidisse, eum, ut bonus pater filium, voluit corrigere. Qui correptus molestia corporis, facti sui non immemor, ex corde penituit, Fontinellam ocios misit, que iniuste tulerat reddidit, habitum monachi pecit et accepit, missis ad se duobus fratribus, Gausfrido de Bella aqua et Hugone Furun. Ecclesiam et omnia que proclamabant, presente domino suo Gisleberto de la Cunel, et annuente uxore sua et filio eius Grismoldo, aliquisque suis hominibus, reddidit et cum eisdem fratribus Fontinellam deductus venit. In cuius comitatu et G., filius eius, huc accessit et que pater reddiderat, scilicet ecclesiam cum tota decima et duo arpenta terre iuxta eam et terram totam que est inter duos chemins usque ad terminos siscols et rodinam sollemniter, donacione super altare missa, confirmauit. Teste : Pagano de Conded. Rodgerio de Torch, Gisleberto de Malbuisson ; ex nostra parte vero : Hugo Ruffus, Helto, Robertus camerarius.

Post dies vero, defuncto patre R., idem G., sinistro usus consilio, datum quod pater annuerat et ipse confirmauerat negauit, carrucamque Sancti Wandregisili a terra ipsa expulit. Quo comperto, G. abbas, missis suis monachis et hominibus, ad diem nominatam contra ipsum G. placitauit, et datis in karitate triginta sol., annuentibus fratribus

ei⁹, militibus atque amicis, iuxta proclamationem fratrum finem omnimodis fecit. Huic ultime conuencion⁹ interfuerunt, ex parte Sancti Wandregisili : Radulphus Pinnarz, Willermus presbyter, Warnerius Crusil, Robertus Guerel ; ex parte G. : Gislebertus, dominus eius, et Gislebertus filius Noe et Gislebertus de Malbuisson atque alii multi.